



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Episcopalis**

**Piasecki, Paweł**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Quoad Notarios.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61608)

An camera sint separatae pro mulieribus, praecipue pro praegnantibus.

Concil.  
Prou. 1.  
cod.

An in illis sint circulatores, aleatores, nebulonesue, & huiusmodi

Si sit Mons pietatis, videat accuratè eius institutionem; consideret diligenter an in libris omnia fideliter describantur: & an describatur cuius qualitas, & quantitas sit pignus.

An custos pignus diligenter custodiat cum chirographo eidem annexo exprimente diem, quo pignorum fuit; & cuius sit.

An ex custodis negligentia pignora deteriora fiant.

An in venditione interueniat fraus; ut puta si supponatur vnum pro alio pignore.

An exprimatur etiam in libro qualitas pignoris venditi.

An restitutum sit domino, quod superfuit.

An aliquid ultra sortem omnino accipiatur, nisi pro ministris, alijsq; necessarijs sumptibus.

Concil.  
Prou. 1.  
de pign.  
lo. adm.

An plus pro scuto acceptum sit dimidio realit.

Concil.  
Prou. 1.  
tit. 3.  
decc. 16.

An apud Montem pietatis pecunia deponatur; aut mutuo detur cum aliquo augmento.

## CAPVT XVII.

Inuestiganda de Notarijs, quoad effectus per Concil. Trid. considerat. sess.

22. cap. 10.

Concil.  
Trid. sess.  
22. c. 10.

**A**N sint periti in arte sua.  
An sint, qui obscure dicitur, praefertim in Legatis pijs.

An bene renunciantes informet de clausulis.

Concil.  
Prou. 1.  
cod.  
Hof. &  
Abb. in  
e. sicut,  
ne Cler.  
vel Mo.  
nach.

An taxam praescriptam seruent.

An in principio sui officij iuramentum ad praescriptum praestiterint. Vide licet:

Primò, Quòd de his, quae videbunt, & audient, & requisiti fuerint, sine diminutione veritatis, & comissione falsitatis conficiant instrumentum.

Secundò, Quòd secreta ipsis ex iusta causa iniuncta coelabunt.

Tertiò, Quòd super Vfurario contractu, vel sub fraudem iniro, vel alio quocunque illicito nullum conficiant Instrumentum.

Quartò, Quòd de omnibus instrumentis, quae conficiunt, tenebunt penes se protocollum.

Quintò, Quòd erunt fideles illi, à quo fuerint constituti: & si sciuerint damnum illius tractari, illi reuelabunt, vel per se, vel per alium certum nuntium.

Sextò, Quòd officium istud ipsis iniunctum cupiditate, amore, odio, & timore remotis, in omnibus, & per omnia secundum bonam conscientiam fideliter exequentur.

An aliud iuramentum quando cooptatur in Collegio, praestent ad praescriptum.

An iuramentum seruent.

An sit, qui legata pia ad praescriptum minimè denunciēt.

An sit qui in actis superflua, & superuacanea interferat.

Concil.  
Prou. 1.  
cod.  
Conc.  
Prou. 2.  
tit. 7.  
decc. 17.  
Concil.  
Prou. 1.  
cod.

CAPVT